Habes discrimen: sed & hoc habes, quàm egregiè (quod ostendendum erat) doctrinæ nostræ faveat Imperator. Unum adhuc observandum: quàm nempè soleat insulsè discrimen utriusque speciei in eo poni, quòd mulieris (debitum alienum recipientis) obligatio sit â senatu omninò improbata: pupilli verò eatenus duntaxat, ne huic noceat; possit nocere alteri. Aliam dicta Lex 1. §. 2. *ff. ad Sctum Vellej. dictusque* §. 3. *Instit. quib. mod. oblig. toll.* nobis inculcant; ut, si mulier eodem modo, quo pupillus, sponte fuisset electa, idem etiam esset statuendum.

COROLLARIA.

1. *Justitia est virtus moralis inclinans voluntatem ad æqualitatem conservandam.*
2. *Nescia est specierum essentialiter diversarum.*
3. *Jus naturæ est ordinatio divina salutem publicam conservari Jubens.*

4. *Ab*

4. *Ab hoc Jure jus positivum (quod alii statuunt) quatenùs est morale, non differt aliter, ac definitio à definito.*

5. *Nec in hoc Jure unquàm propriè fit, nec facta est dispensatio.*

6. *Quo in casu Juramentum actum invalidum firmet, interrogatus dicam.*

7. *Contractum sive dolo sive metu obtentum si dixeris validum consentimus; si dixeris nullum, non dissentimus.*

8. *Statuta palatina in casum non natæ prolis optimè annullant unionem prolium.*

9. *Regulas concursûs, actionum petenti dabo.*

10. *Non datur jus reale distinctum à Dominio.*

11. *Matrimonio legitimatus, præexistente legitimè nato, non est subjectum primogenituræ.*

12. *Feripetæ quandóque morte afficiendi.*

13. *Constit.* 109. *malè ab illo explicatur, qui putat, lamias, si non nocuerint, non esse interficiendas.*

Qui

Qui cupis ingenii magno cum fœnore fructus
Colligere, & messis fertilitate frui;
Assiduos haud te pigeat subiisse labores,
Et capiant vitam tædia nulla tuam.
Cuncta labor vincit, victore labore domantur
Dura, venit tandem parta labore quies.
Dicta fide constare suâ, GODEFRIDE Jubebis
Glorius adversos concutiendo focos.
Perge laborando latebrosa ænigmata Juris
Solvere, pro meritis, fama perennis erit.
Unum est, ut fidum non dedigneris amicum,
Cordis, qui primo te Jubet esse loco.
Nam mihi eris nullos animo delendus in annos,
Tu mihi perpetuo Commemorandus eris.
Teque colam puro simplex candore, fidéque.
Assero, flagrabo semper amore recens.
Quem themis alma mihi sacrum concedis amicum,
Hunc in Nestoreos perpetuato dies.

ita Germanè contestari voluit
J. TH. MÜLLER,
per biennium Correp.

* * *

TIFFEN Color Control Patches
© The Tiffen Company, 2007
Inches
Centimetres
Blue
Cyan
Green
Yellow
Red
Magenta
White
3/Color
Black

TIFFEN Gray Scale
© The Tiffen Company, 2007
R
G
B
W
G
K
C
Y
M
A
M
B